



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. Quinam gradus consanguinitatis, & quo jure matrimonium dirimant?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

demptā, remanet tantū una, & con-  
sequenter uno tantū gradu à se in-  
vīcēm distant, avus verò & nepos, du-  
bus distant gradibus, quia tres personæ  
numerantur in linea ascendentium & de-  
scendentium, avus, pater, nepos (avi scilicet)  
ex quibus si unam demas, rema-  
nenet duæ personæ, & consequenter duo  
gradus, &c. Secunda regula est pro li-  
nea transversa æquali, juxta quam duæ  
personæ ab uno communi stipite desce-  
ndentes, ita ut neutra ramen ab altera  
descendat, tot gradibus à se invicem di-  
stant, quot gradibus distant à communi  
stipite; & hinc frater & soror in primo  
gradu à se distant, nepos & neptis ex eo-  
dem avo duobus gradibus distant, &c.  
quia illi tantū uno gradu à communi  
stipite, hi verò duobus gradibus à  
communi stipite distant, &c. Tertiæ  
denique regula est pro linea transversa  
inæquali, juxta quam duæ personæ san-  
guine junctæ inter se distant tot gradibus,  
quot remotior earum personatum  
distant à communi stipite; sic filius &  
neptis ex sorore v. g. distant inter se duo-  
bus gradibus, quia in linea transversa  
inæqualiter distant, & remotior quidem,  
à qua gradib[us] supputatio delaminatur in tali  
casu, duobus gradibus à communi stipite, &c.  
& haec quidem regula subser-  
viant pro computatione Canonica gra-  
duum in ordine ad contrahendum ma-  
trimonium; de computatione enim  
Civilis in ordine ad hereditatis successio-  
nes, vide Civilistas.

## §. II.

*Quinam gradus consanguinitatis  
et quo iure matrimonium dimerit?*

In primo gradu linea recte iuxta  
Irem & filiam v. g. iure naturæ  
matrimonium nullum esse, communimac-  
cet, & eō quod ex natura rei fideliter  
de jure omnium cultiorum genitum  
commercium carnale inter ha[bi]tū personæ  
& contra reverentiam debita videnti-  
bus (nisi extrema, & publica necessi-  
tas conservandi genus humanae, plen-  
conjunctionem excusat) qui proba-  
bilis est, quod in secundo eum gradus  
& quovis ulteriori, in linea recta, in ipso  
iure naturali, non tantum quodque  
tum gradum, sed in infinito, nullum  
inter ascendentes & descendentes con-  
tractum matrimonium, iuxta L. Nota  
53. ff. de ritu nuptiarum. & L. 1. f. 10.  
dem. quæ leges per jus Canonico ter-  
ræ non sunt, cum e. Non debet tamen  
tantum loquuntur de linea transver-  
sa, non autem de linea recta.

Probabilis est, quod etiam in primo  
gradu consanguinitatis linea transver-  
sa inter fratrem scilicet & sororem, necve  
tutæ prohibitum sit matrimonium, v. g.  
e. Gaudemus 8. De divorcio. Quare  
contraria etiam sententia sua non debet  
magna probabilitas, quæ illicet quod  
dem fateur tale matrimonium, non te-  
men iure nature invalidum; contrariamen-  
tum matrimonium tam in hoc, quia in  
aliis gradibus ulterioribus prohibitis, de  
jure Ecclesiastico, nulliter, fateor li-  
benter omnes: & quamvis olim tritum  
fuerit matrimonium inter consanguineos



contra eum usque ad leptonum gradum, in linea transversa, prout ex pluribus Decretorum iuribus can. 35. patet. De jure tamen recentiore Decretalium rescripta fuit haec nimia extensio, & impedimentum dirimens matrimonium ex consanguinitate ortum, intra quartum gradum constitutum fuit. c. Non debet. b. t. ubi plura etiam impedimenta talia antiqui juris sublata fuerunt, & id tantum impediabatur, ne validè inter se contraherent, qui intra quartum gradum sanguine jungabantur: & hinc, si duæ personæ consanguineæ inqualiter à se invicem distantes, ita ut una intra quartum gradum consanguinea sit, altera vero in quinto vel sexto gradu, matrimonium contrahant, validum erit harum matrimonium, prout expressè habetur in c. Vir qui g. b. t. cum remotor, à quo sumitur distantia ratio, ultra quarum gradum à communī stipite distat: & falsum eriam est, quod omnes gradus consanguinitatis Levit 18, expressi, sint iure naturæ ditimenes, cum nullib[us] in novo testamento hujus prohibitionis habeatur auctoritas.

## SECTIO II.

## De affinitate.

## S. I.

Quid sit affinitas, & quā ratione contrahatur, & inter quas personas?

Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proveniens, qui enim copulam carnalem perfectam, ad

generandam prolem sufficientem cum una aliqua persona habet, sit affinis omnibus illius consanguineis, sive licita illa copula fuerit, sive illicita, sive cum dormiente, invita & coacta, ebria, insana, &c. fuerit habita copula, &c. in eo autem gradu sunt marito v. g. affines consanguinei uxoris v. g. & uxori v. g. affines sunt consanguinei mariti, in quo gradu marito, vel uxori consanguinei sunt, ita ut soror v. g. uxor in primo gradu affinis sit marito, & frater mariti in primo gradu affinis sit uxori, quia in primo gradu sanguine juncti sunt illis, inter quos copula intectessit. Vocant quidem etiam consanguinei utriusque conjugis se invicem affines, affinitas tamen haec vulgaris tantum est, & nihil impediens, aut dirimens inter consanguineos utriusque conjugis matrimonium; & hinc possunt duo fratres cum duabus sororibus (ceteris paribus) contrahere, potest pater contrahere cum matre, & filius patris hujus, cum filia hujus mattis, si personæ tales ex alio matrimonio genitæ fuerunt, &c. & quamvis assenserant aliqui triplicem speciem affinitatis, juxta quedam antiqui juris capitula, certum tamen est hodie, nullam affinitatem inducere impedimentum dirimens, nisi quæ est matrimoniū inter v. g. & consanguineas personas uxoris, ac uxorem inter & consanguineos mariti; aut fornicatorem inter, & consanguineos ejus, cum qua fornicatus est, ac hujus fornicariæ & consanguineos illius, cum quo fornicatio commissa fuit. Quæ ad nulitas confusiones cavendas bene notanda sunt. Videantur plura de his apud Auct. Method. vel Theologos Morales.

S. I. a.

S. II.